



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

Liber Primvs. De Christi Iesv Divinitate seu natura diuina.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)



LIBER PRIMVS.  
DE  
CHRISTI IESV  
DIVINITATE ET NA-  
TVRA DIVINA.

CAPVT I.

CHRISTVS IESVS DOMINVS NOSTER,  
*qui est filius Dei, est verus Deus per essentiam  
sicut Pater.*

**V**ERITAS hæc probatur collatione loco-  
rum sacræ scripturæ noui testamenti cum  
veteri contra Iudæos & Arrianos.

PRIMVS LOCVS. Exodi 20. 2. *Ego sum  
Dominus DEVS tuus, qui eduxi te de terra E-  
gypti, de domo seruitutis. Hunc esse Dominum  
IESVM, docet D. Iudas in sua canonica. vers. 5.  
Commonere autem vos volo, scientes semel omnia,  
quoniam IESVS populum de terra Egypti sal-  
uans, secundo eos, qui non crediderunt perdidit.*

II. Exod. 20. 22. *Dixit præterea Dominus  
ad Moysen: Hæc dices filiis Israël: Vos vidistis  
quod*

LIBER PRIMVS

quod de caelo locutus sum vobis. Cui locus D. Pauli respondet. Hebr. 12. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. Non enim accessistis ad tractabilem montem & accensibilem ignem, & turbinem, & caliginem; & procellam, & tuba sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. ( Non enim portabant quod dicebatur. Et si bestia tetigerit montem lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus. ) Sed accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem caelestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis: & iudicem omnium Deum, & Spiritus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum: & sanguinis asperersionem: melius loquentem quam Abel. Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recusantes eum, qui super terram loquebatur, multo magis nos qui de caelo loquentem nobis auertimus: Cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit dicens: Adhuc semel: & ego mouebo non solum terram, sed & caelum.

III. Psalm. 2. 7. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Psalmus iste accommodatur Christo. Actorum 4. 25. 26. Qui Spiritu sancto per os patris nostri David, pueri tui, dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terra & principes conuenerunt in unum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Locus vero citatus respon-

DE CHRISTI IESV DIVINITATE. 3

Spondet Christo. Actorum 13. 32. 33. 34. 35. 36. 37.  
 Et nos vobis annunciamus eam. que ad patres nostros  
 repromissio facta est: quoniam hanc Deus adimple-  
 nit filijs nostris, resuscitans Iesum, sicut & in psal-  
 mo secundo scriptum est: Filius meus es tu ego ho-  
 die genui te. Quod autem suscitavit eum a mor-  
 tuis, amplius iam non <sup>re</sup>versurum, in corruptionem, ita  
 dixit: Quia dabo vobis sancta David fidelia, Ideoq;  
 & alias dicit: Non dabis sanctum tuum videre cor-  
 ruptionem. David enim in sua generatione cum  
 administrasset voluntati Dei, dormiuit, & apposi-  
 tus est ad patres suos, & vidit corruptionem He-  
 bræor. 1. 5. Cui enim dixit aliquando angelorum:  
 Filius meus es tu ego hodie genui te? Et rursus, Ego  
 ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, vide et-  
 tiam infra loco 10.

IV. Christus Dominus est rex gloriæ.  
 psalmo 23. 7. Attollite portas principes vestras,  
 & eleuamini porte æternales: & introibit rex gloriæ.  
 1. Cor. 2. 7. 8. Sed loquimur Dei sapientiam in  
 mysterio, que abscondita est, quam predestinavit  
 Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo  
 principum huius seculi cognouit: si enim cognouis-  
 sent nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Cru-  
 cifixerunt autem Christum.

V. Psalm. 44. 7. Sedes tua Deus in seculum  
 seculi: virga directionis virga regni tui. Ad Chri-  
 stum hunc locum refert D. Paulus Hebr. 1. 8.  
 Ad filium autem: (Supple dixit) Thronus tuus  
 Deus in seculum seculi: Virga æquitatis virga regni tui.

VI. Psalm. 67. 8. *Deus cum ingredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto. versu 19. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.* Ad Christum hoc vaticinium refert D. Paulus Eph. 4. 7. 8. 9. *Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus; quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terra? Qui descendit ipse est, qui & ascendit super omnes calos, ut impleret omnia.* De donis vero datis hominibus mox subiungitur vers. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in adificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum in astutia ad circumuentionem erroris*

VII. Psalmo 77. 40. *Quoties exacerbauerunt eum (Deum scilicet) in deserto, in iram concitauerunt eum in iniquo? Cui resp. 1. Cor. 10. 9. Neque tentemus Christum: sicut quidam eorum tentauerunt (quod idem est ac si dicat exacerbauerunt) & a serpentibus perierunt. De quo Numerorum cap. 21. versu 6. 7. 8. 9.*

DE CHRISTI IESV DIVINITATE. 5

VIII. Psalmo 94. 6. *Venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos. Hunc Deum D. Paulus dicit esse Christum. Hebr. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Et Moyses quidem fidelis erat, in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum, qua dicenda erant. Christus verò tanquam filius in domo sua, qua domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usq; ad finem firmã retineamus. Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundũ diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea, quadraginta annis: propter quod infensus fui generationi huic, & dixi semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Videte fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi à Deo viuo: Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Et sicut præcedenti loco septimo non vult vt eum tentemus, sic vult híc vt eum audiamus.*

IX. Psalmo 69. 8. *Adorate eum omnes angeli eius, audiuit & letata est Sion, & exultauerunt filie Iuda, propter iudicia tua Domine. De hac adoratione Hebr. 1. 6. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terra dicit, & adorent eum omnes angeli Dei.*

X. Psal. 109. 3. *Tecū principium in die virtutis tua, in splendoribus Sanctorum: ex utero ante Luciferum genui te.* Respondet Hebr. 1. 5. vt supra loco tertio.

XI. Psalmo 101. 16. *Et timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam.* Vbi ponitur Iehoua Hebraicè. quem psalmum ad Christum Dominum refert D. Paulus Hebr. 1. 10. 11. 12.

XII. Esaia 6. 1. 2. 3. *In anno quo mortuus est Rex Ozias vidi Dominum sedentem super solium exelsum & eleuatum, & ea que sub ipso erant, replebant templum. Seraphin stabant super illud, sex ala vni, & sex ala alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant & clamabant alter ad alterum & dicebant. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Quod caput accomodatur Christo. Ioann. 12. 37. 38. 39. 40. 41. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum: vt sermo Isaiae Propheta impleretur quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaia. Excacauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur & sanem eos. Hac dixit Isaia, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo Christo Domino scilicet. Simile est, Apoc. 4. 2. Et statim fui in Spiritu, & ecce sedes posita erat in*  
calo

DE CHRISTI IESV DIVINITATE 7

caelo, & supra sedens versu 8. 9. 10. 11. Et quatuor  
 animalia, singula eorum habebant alas senas, & in  
 circuitu, & intus plena sunt oculis, & requiem non  
 habebant die ac nocte, dicentia. Sanctus, Sanctus,  
 Sanctus Dominus Omnipotens, qui erat, & qui est,  
 & qui venturus est. Et cum darent illa animalia  
 gloriam & honorem & benedictionem sedenti super  
 thronum, viventi in secula seculorum, procidebant  
 viginti quatuor Seniores ante sedentem in throno &  
 adorabant viventem in secula seculorum, & mitte-  
 bant coronas suas ante thronum dicentes: Dignus  
 es Domine Deus noster, accipere gloriam & hono-  
 rem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter  
 tuam voluntatem erant, & creata sunt.

XIII. Isaia 7. 14. Propter hoc dabit Do-  
 minus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pa-  
 riet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod  
 impletur Lucae 1. 30. 31. 32. Et ait angelus ei. Ne  
 timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum,  
 Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis  
 nomen eius Iesum. Hic erit magnus & filius Altis-  
 simi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus se-  
 dem David patris eius, & regnabit in domo Iacob  
 in aeternum, & regni eius non erit finis. Matt. 1. 22.  
 23. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur  
 quod dictum est a Domino per Prophetam dicen-  
 tem: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium,  
 & vocabunt nomen eius Emanuel, quod est inter-  
 pretatum nobiscum Deus.

XIV. Isaia 8. 13. 14. 15. 16. 17, Dominum

et 4

exerci-

exercituum ipsum sanctificate: ipse panor vester, & ipse terror vester. Et erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israël, in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem, & offendent ex eis plurimi, & cadent & conterentur; & irretientur, & capientur. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis, expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam a domo Iacob, & prestolabor eum. De Christo verò loquitur Simeon ille iustus & timoratus expectans in Christo consolationem Israël Luc. 2. 34. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur. Rom. 9. 32. Israël sectando legem iustitiae in legem iustitiae non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eum non confundetur I. Petr. 2. 6. 7. 8. 9. Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summam angularem, electum, pretiosum, & qui crediderit in eum non confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis, quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis eius, qui de tenebris

DE CHRISTI IESV DIVINITATE. 9

bris vocavit vos, in admirabile lumen suum.

XV. Isaia 9. 6. Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Hic parvulus cum vocabulo adiuncto Deus, nascitur. Luc. 2. 6. 7. Factus est autem cum esset ibi, impleti sunt dies ut pareretur, & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in praesepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Versu. 11. 12. Quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate David. Et hoc vobis signum: inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in praesepio.

XVI. Isaia 35. 4. 5. 6. Dicite pusillanimis confortamini & nolite timere: Ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissae sunt in deserto aquae, & torrentes in solitudine. Impletur Matt. 11. 4. 5. Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni qua audistis & vidistis, caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgant, pauperes euangelizantur, & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. De quibus miraculis latius infra libro quarto, capite 13.

XVII. Isaia 40. 3. Vox clamantis in deserto

A 5

ferto

*serto parate viam Domini, rectas facite in solitudi-  
 ne semitas Dei nostri. Ponitur Iehoua in Hebreo  
 Accomodatur Christo. Matth. 3. 3. Hic est enim  
 de quo dictum est per Isaiam prophetam dicentem.  
 Vox clamantis in deserto parate viam Domini: re-  
 ctas facite semitas eius. Marci 1. 1. 2. 3. 4. Ini-  
 tium Euangelij Iesu Christi filij Dei: Sicut scriptum  
 est in Isaias Propheta. Ecce ego mitto angelum  
 meum ante faciem tuam, qui preparabit viam  
 suam ante te. Vox clamantis in deserto, parate  
 viam Domini, rectas facite semitas eius. Fuit Ioan-  
 nes in deserto baptizans & predicans baptismum  
 pœnitentia in remissionem peccatorum. Lucæ. 3. 3.  
 4. 5. 6. Et venit in omnem regionem Iordanis, præ-  
 dicans baptismum pœnitentia in remissionem pecca-  
 torum, sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ  
 Propheta: Vox clamantis in deserto, parate viam  
 Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis  
 implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur.  
 Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas,  
 & videbit omnis caro salutare Dei. Ioan. 1. 22. 23.  
 Quis es ut responsum demus his qui miserunt nos?  
 quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in de-  
 serto, Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Pro-  
 pheta.*

XVIII. Isaiæ 41. 3. 4. *Vox clamantis in  
 deserto, parate viam Domini, rectas facite in solitudi-  
 dine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, &  
 omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua  
 in directa, & aspera in vias planas. Ibidem cap. 44.  
 6. Has*

DE CHRISTI IESV DIVINITATE. II

6. Hæc dicit Dominus Rex Israël, & redemptor eius Dominus exercituum: Ego primus, & ego nouissimus, & absq; me non est Deus. Capite 48. 10. 11. 12. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis. Propter me faciam: ut non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob & Israël quem ego voco. Ego ipse: ego primus & ego nouissimus. Talis Christus. Apoc. 17 18. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus: & posuit dexteram suam super me dicens, noli timere, ego sum primus & nouissimus. Ibidem cap. 22. 13. Ego sum A & Ω, primus & nouissimus, principium & finis.

XIX. Isaia 45. 14. 15. Hæc dicit Dominus, Labor Egypti, & negotiatio Aethiopia, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt: vincti manicis pergent, & te adorabunt teq; deprecabuntur. Tantum in te est Deus, & non est absq; te Deus. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël, Saluator. Absconditus per assumpti corporis Sacramentum. Saluator. Matth. 1. 20. 21. Hæc autem eo (Iosepho scilicet) cogitante. Ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. De quo plura infra libro tertio capite 21.

XX. Isaia 4. 22. 23. 24. *Conuertimini ad*  
*me*

me & salui eritis omnes fines terra: quia ego Deus & non est alius. In memetipso iuravi, egredietur de ore meo iustitie verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Accommodat id Christo D. Paulus Rom. 14. 10. 11. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi: scriptum est enim. *Viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.* De qua statione ante eius tribunal, vide etiam 2. Cor. 5. 10. Phil. 2. 9. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESUS Christus in gloria est Dei patris.* Ille ergo cui curuabitur omne genu, est Deus Israel, est Christus.

XXI. *Isaiæ 52. 5. 6. 7. 8. Et nunquid mihi est hic dicit Dominus, quoniam ablati sunt populus meus gratis? dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphemat. Propter hoc sciet populus nomē meum in die illa: quia ego qui loquebar ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annunciantis & predicantis pacem, annuntiantis bonum, predicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus: vox speculatorum tuorum, leuauerunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculo videbunt cum conuerterit Dominus Sion. Versu 10. Parauit Dominus brachium*  
*fano*

sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terra salutare Dei nostri. Versu 12. Quoniam non in tumultu exhibitis, nec in fuga properabitis; Præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israël. Illud salutare vidit Simeon. Luc. 2. 30. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciē omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. Et explicat S. Ioannes Bapt. Luc. 3. 7. & videbit omnis caro Salutare Dei. Et D. Paulus Actor. 28. 28. Notum ergo sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. De quo etiam Psalmo 97. 2. Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelavit iustitiam suam.

XXII. Ieremiæ 14. 8. 9. Expectatio Israël, saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra & quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non potest saluare? tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. Colonus est Christus in agricultura seminis. Vir vagus qui non habet ubi caput reclinet. Cum vulpes foveas habeant & volucres cali nidos. Matth. 8. 10.

XXIII. Ieremiæ 23. 5. 6. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo David germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda & Israël habitabit confidenter: & hoc est nomen,

men, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Impletur in Christo qui ex semine David secundum carnem natus, factus est nobis iustitia & cætera, vt libro tertio cap. 3. & 8. 1. Cor. 1. 30. 31. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio & redemptio: vt quemadmodum scriptum est: Quis gloriatur in Domino gloriatur. Et Danielis 9. 24. est iustitia sempiterna. Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt cõsummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum & cætera.

XXIV. Baruch. 3. 36. 37. 38. Hic est Deus noster, & non estimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplina, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Nil clarius de Christi doctrina, disciplina, & vita dici potuit. De quibus inferius toto libro tertio, quarto & quinto agemus.

XXV. Ose. 1. 7. Deus sic loquitur. Et domui Iuda miserebor, & non saluabo eos in Domino Deo suo, & non saluabo eos in arcu & gladio, in bello, & in equis, & in equitibus. Sic D. Paulus Actorum 13. 23. 24. Huius Deus ex semine secundum promissionem eduxit Israël Saluatorem Iesum, predicante Iohanne ante faciem aduentus eius baptismum pœnitentiæ omni populo Israël.

Deus

DE CHRISTI IESV DIVINITATE. 15

Deus pater dedit Christo populo suo saluatorem.  
Plura libro 3. cap. 21.

XXVI. Ioelis 2. 27. 28. 29. 30. 31. 32. Et  
scietis quia in medio Israel ego sum: & ego Dominus  
Deus vester, & non est amplius: & non confundetur  
populus meus in aeternum. Et erit post haec, effundam  
Spiruum meum super omnem carnem: & pro-  
phetabunt filij vestri & filiae vestrae: senes vestri som-  
nia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt.  
Sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis ef-  
fundam Spiritum meum. Et dabo prodigia in cae-  
lo, & in terra sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.  
Sol conuertetur in tenebras, & luna in sangui-  
nem: antequam veniat dies Domini magnus & hor-  
ribilis. Et erit omnis qui inuocauerit nomen Do-  
mini, saluus erit: quia in monte Sion, & in Ierusa-  
lem erit saluatio, sicut dixit Dominus, & in residuis  
quos Dominus vocauerit. Refert id D. Petrus ad  
Christum in prima sua post acceptum Spiritum  
sanctum concione, Actor. 2. 16. 17. 18. 19. 20. 21.  
22. 23. 24. Sed hoc est, quod dictum est per prophe-  
tam Ioel. Et erit in nouissimis diebus (dicit Domi-  
nus) effundam de spiritu meo super omnem carnem  
& prophetabunt filij vestri, & filiae vestrae, & iuue-  
nes vestri visiones videbunt, & seniores vestri som-  
nia somniabunt. Et quidem super seruos meos & su-  
per ancillas meas, in diebus illis effundam de spiritu  
meo & prophetabunt, & dabo prodigia in caelo sur-  
sum, & signa in terra deorsum, sanguinem & ignem,  
& vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, &  
luna

luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus. Et omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Viri Israëlita audite verba haec. Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigijs & signis quae fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis: hunc definito consilio & praescientia Dei traditum per manus iniquorum, affligentes interemistis, quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni. Iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.

XXVII. Mich. 4. 6. 7. In die illa dicit Dominus, congregabo claudicantem: & eam quam eieceram, colligam: & quam afflixeram, consolabor, & ponam claudicantem in reliquias, & eam qua laborauerat, in gentem robustam, & regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & usque in æternum. De regno Christi in domo Iacob in æternum loquitur Gabriel Archangelus Lucæ 1. 30. 32. 33. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Videatur & psalmus 44. versu 5. Isa. 32. vers. 1. Ier. 23. vers. 6. † 33. vers. 20. 21. Apoc. 11. vers. 15.

XXVIII, Mich. 7. 18. 19. 20. Quis Deus similis tui, qui auferis iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hereditatis tuae? Non immittet  
ultra

ultra furorem suum: quoniam volens misericordiam est, reuertetur & miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & proyciet in profundum maris omnia peccata nostra, Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham, que iurasti patribus nostris a diebus antiquis, Impletur in Christo Ioan. 1. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Et qui missi fuerant erant ex Phariseis, & interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens. Ego baptizo vos in aqua, medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, quo ante me factus est. Cuius ego non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calceamenti. Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait. Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi. De quo Agno vide plura Isa. 11. 19. 1. 16. 1. 53. 7. Ioel. 1. 36. Apoc. 13. 8. Et in Apocalypsi saepius, capitibus, 5. 6. 7. 12. 14. 15. 17. 19. 21. 22. & infra libro 3. cap. 2. Hinc etiam per Christum potestas clauium. Matth. 16. 19. Et tibi dabo claves regni caelorum. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: Et quodcumque solueris super terram erit solutum & in caelis. Cui & correspondet capitibus 18. versus 18. Et Ioannis capitibus 20. versus 22. & 23. Hinc peccata dimittit paralytico Matth. 9. 1. 2. Et ascendens in nauiculam transfretauit & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum discit paralytico. Confide fili, dimittatur tibi peccata

B

8na

tua. Marci. 2. 5. Cum autem vidisset Iesus fide[m] illorum, ait paralytico. Fili dimittuntur tibi peccata tua. Lucæ. 8. 20. Quorum fidem ut vidit, dixit Homo remittuntur tibi peccata tua. Mariæ Magdalenæ. Lucæ. 7. 47. 48. 49. 50. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluans fecit, vade in pace.

XXIX. Abacuc. 3. 18 Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo, vbi Hebræi legunt, in Deo salute mea. De qua salute & saluatore D. Paulus. Heb. 2. 10. Decebat enim cum propter quem omnia, & per quæ omnia qui multos filios in gloriam adduxerit, auctorem salutis eor[um] per passionem consummari. Ibidem. cap. 5. 9. Et consummatus. factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Apoc. 7. 10. Et clamabant voce magna dicentes. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Qua de re latius libro 3. capite 21.

XXX. Zachar. 2. 8. 9. 10. 11. Quia hæc dicit Dominus exercituum: Post gloriam misit me ad gentes qua spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei, quia ecce ego leno manum meam super eos, & erunt præda his, qui seruebant sibi: Et cognoscetis quia Dominus exercituum misit me.

DE CHRISTI IESV DIVINITATE, 19

me. Lauda & letare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui ait Dominus: & applicabuntur gentes multae ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te. Nullum scimus missum a Patre, nisi Christum. Ioan. 3. 17. Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut mundus salvetur per ipsum. Ibidem, cap. 4. 34. 35. 36. 37. 38. Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis. Leuate oculos vestros & videte regiones, quia albae sunt iam ad messem, & qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam aeternam. Et qui seminat, simul gaudeat & qui metit. Ibidem, cap. 6. 40. Hec est autem voluntas patris mei qui misit me: ut omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Capit. 12. 49. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.

XXXI. Zachar. 3. 1. 2. Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini: & Satan stabat a dextris eius, ut aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan. Increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalē, nunquid non iste torris est erutus de igne? Increpauit Christus Diabolum tentantem. Matthæi 4. 10. Tunc dicit Iesus: Vade retro Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis & illi soli serues.

XXXII. Zachar. 12. .1. Onus verbi Domini super Israel dicit Dominus extendens calum & fundans terram & fingens Spiritum hominis in eo. Versu 10. Et effundam super domum David, & super habitantes Ierusalem Spiritum gratia, & precum: & aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum placentu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. De Christo. Apocal. 1. 4. 5. 6. 7. 8. Ioannes septem Ecclesys que sunt in Asia. Gratia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & a lesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terra, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes, Deo & patri suo: ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pugnerunt, & plangent se super eum omnes tribus terra: etiam; Amen.

XXXIII. Malach. 3. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Ecce ego mitto Angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum Dominator quem vos queritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & se debet conflans & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & conflabit eos quasi aurum & quasi argentum.

gentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem sicut dies seculi. & sicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me dicit Dominus exercituum. Ego enim Dominus & non mutor, & vos filij Iacob non estis consumpti. Sed nemo missus ante Christum qui ei viam praepareret nisi Ioannes Baptista, teste Christo. Matth. 11. 8. 9. 10. Sed quid existis videre? Prophetam? dico vobis & plus quam prophetam. Hic enim est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui praeprabit viam tuam ante te. Sic Zacharias. Lucæ. 1. 76. 77. Et tu puer propheta Altissimi vocaberis: praebis enim ante faciem Domini parare vias eius.

## CAPVT II.

Idem probatur ex locis noui testamenti.

I. Vbi vocatur filius Dei. Matth. 3. 17. Et ecce vox de caelis dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui: Ibidem, cap. 16. 17. Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui, cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera eius.

II. Ioannis 1. 14. Vocatur vnigenitus à patre. Et verbum caro factum est, & habitabit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti

geniti à patre, plenum gratia & veritatis. Versu 18. Unigenitus qui est in sinu Patris. Deum nemo vidit unquã. Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarravit. Ibidem. capit. 3. 16. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Versu. 18. Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filij Dei. Cap. 14. 9. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum & non cognovistis me? Philippe qui videt me, videt & patrem.

III. Proprius Filius. Rom. 8. 32. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?

IV Verus Filius. Ioan. 5. 20. Et scimus quoniam filius Dei venit & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus, & vita aeterna.

V. Ex utero genitus filius. psalmo: 109. 3. Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum: ex utero ante Luciferum genui te. Cui respondet. Heb. 1. 5. Cui enim dixit aliquando Angelorum filius meus es tu, ego hodie genui te? Non in tempore, sed ante Luciferum.

VI. Colloff. 1. 15. Primogenitus omnis creaturae, & imago invisibilis Dei. Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae.

VII. Hebr. 1. 3. Splendor gloriae & figurae substantiae eius. Qui cum sit splendor gloriae, & figura

ea substantia eius, portansq; omnia verbo virtutis  
sua, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dex-  
teram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis ef-  
fectus, quanto differentius pra illis nomen heredita-  
uit.

VIII. Filius Altissimi. Luc. 1. 32. Hic erit  
magnus & filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi  
Dominus Deus sedem David patris eius, & regna-  
bit in domo Iacob in aeternum. Quæ omnia nulli  
alteri tribuuntur, nec vlli adoptiuo. Cum nos  
omnes per Christum etiam adoptionem habea-  
mus. Galat. 4. 4. 5. At ubi venit plenitudo tem-  
poris, misit Deus filium suum factum ex muliere, fa-  
ctum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret,  
ut adoptionem filiorum reciperemus.

IX. Accusatus etiam quod filium Dei se  
fecit. Ioannis. 19. 7. Responderunt ei Iudæi:  
Nos legem habemus, & secundum legem debet mori,  
quia filium Dei se fecit. Quam accusationem ta-  
cendo admittit, & pro ea mortuus est, cum alias  
Iudæi erant etiam filij Dei, sed adoptiui, & vnum  
patrem habebant Deum. Ioan. 8. 41. Vos facitis  
opera patris vestri, dixeruntq; ei: Nos ex fornicatio-  
ne non sumus nati, vnum patrem habemus Deum.  
Propterea quærunt illum interficere. Ioan.  
5. 18. Propterea ergo magis querebant eum Iudæi  
interficere: quia non solum soluebat Sabbatum:  
sed & patrem suum dicebat Deum equalem se fa-  
ciens Deo.

X. Quia hic filius veniet in maiestate sua

B 4

Matt. 24

Matth. 24. 30. *Et tunc patebit signum filij hominis in calo, & tunc plangent omnes tribus terre, & vident debunt filium hominis venientem in nubibus cali, cum virtute multa & maiestate. Quæ maiestas est gloria Patris sui. Matth. 16. 27. Filius enim hominis venturus est cum gloria patris sui, cum Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera eius.*

XI. Quia in principio fuit verbum & Deus. Ioan. 1. 1. 14. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Versu 14. Et verbum caro factum est, & habitabit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratia & veritatis. 1. Ioannis 5. 20. Est verus Deus. Et scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum, & sumus in vero filio eius. Hic est verus Deus & vita æterna.*

XII. Quia omnia per hunc filium facta sunt. Ioannis 1. 1. 2. 3. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.*

XIII. Quia credentes in filium saluantur. Ioan. 3. 16. *Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.*

XIII. Quia hic filius est vnum cum patre. Ioannis 10. 30. *Ego & pater vnum sumus. Vnitatis verò essentia hic esse mentionem, probant*  
ante-

antecedentia verba. versu 29. quod nemo potest rapere de manibus suis, quod dedit illi pater, quod esset vna manus. versu 31. *Sustulerunt ergo lapides Iudæi, ut lapidarent eum.* Vbi cum hæc verba dixisset, sustulerunt lapides Iudæi, ut lapidarent eum, eo scilicet, quod essentialiter sumebant hæc verba.

XV. Quia vt in Deum ita & in Christum credendum. Ioan. 14. 1. *Non turbetur cor vestrum, creditis in Deum & in me credite.* quasi dicat nam & ego sum Deus.

XVI. Ex cognitione æquali Patris & filij. Ioan. 14. 7. *Si cognouissetis me, & patrem meum utiq; cognouissetis, & a modo cognouissetis eum, & videristis eum.*

XVII. Ex visione æquali. Ibidem. vers. 9. *Dicit ei Iesus. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe qui videt me, videt & patrem meum. Quomodo tu dicis ostende mihi patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est?*

XVIII. Quia omnia patris habet filius. Ioan. 16. 15. *Omnia quacung; habet Pater, mea sunt, propterea dixi; quia de meo accipiet & annuntiabit vobis.*

XIX. Quia omnia filij habet pater, & vicissim omnia patris habet filius. Ioan. 17. 10. *Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis, quod nulla creatura dicere potest.*

XX. Quia hunc agnoscit Thomas Deum  
B 5 & De-

& Dominum suum. Ioan. 20. 28. Respondit Thomas, & dixit. Dominus meus & Deus meus.

XXI. Ecclesiam Dei acquisiuit sanguine suo. Actor. 20. 28. Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

XXII. Est super omnia Deus benedictus. Rom 9. 5. Quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula.

XXIII. D. Paulus neq; ab homine, neq; per hominem vocatus, sed per Christum Deum. Gal. 1. 1. Paulus Apostolus non ab hominibus neq; per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem qui suscitauit eum à mortuis. versu 11. 12. Notum enim vobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem: neq; enim ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem IESU Christi.

XXIV. Galat. 4. 8. Sed tunc quidem ignorantes Deum, is qui natura non sunt Dij, seruiebatis. Olim seruierunt ijs qui natura non sunt Dij, nunc è contra, vt D. Basilius libro 4. in Eunomium argumentatur, Christo, qui natura est Deus.

XXV. Non est rapina quod sit æqualis Deo. Philip. 2. 6. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.

XXVI. Charitas Dei est, quæ pro nobis animam suam posuit. 1. Ioannis. 3. 16. Sic enim  
Deus.

Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam aeternam. At pater non posuit animam sed Christus, secundum Isa. 52. 10. *Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. & videbunt omnes fines terrae salutare Dei nostri.* Isa. 53. 10. *Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longeuum.* Hinc. 1. Ioan. 3. 16. *In hoc cognouimus charitatem Dei quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.*

XXVII. Est ex tribus illis vnus, qui testimonium perhibent in caelo. 1. Ioan. 5. 7. *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in caelo. Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. & hi tres vnus sunt.*

XXVIII. 1. Ioann. 5. 20. *Est verus filius verus Deus, vita aeterna. Et scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & scimus in vero filio eius. Hic est verus Deus, & vita aeterna. Nil clarius dici potuit.*

XXIX. Ex gratia Dei Saluatoris nostri. Tit. 2. 11. *Apparuit enim gratia Dei Saluatoris omnibus hominibus. Erudiens nos ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriae magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Si magnus Deus est Christus, erit ille de quo Psal. 94. 3. Quoniam Deus magnus Dominus & Rex magnus super omnes Deos. Et de quo psalmo. 83. 12. Gratiam & gloriam dabit Dominus.*

non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia.  
 XXX. Est A. & Ω. principium & finis. clauis  
 habens mortis & inferni. Apoc. 17. 8. Ecce venit  
 cum nubibus & videbit eum omnis oculus, & qui  
 eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes  
 tribus terre: Etiam: Amen. Ego sum A. & Ω.  
 principium & finis, dicit Dominus Deus: qui est, & qui  
 erat, & qui venturus est Omnipotens. Ibidem capit.  
 4. 8. 9. 10. 11. Et quatuor animalia singula eorum  
 habebant alas fenas, & in circuitu & intus plena  
 sunt oculis. & requiem non habebant die ac nocte, dis-  
 centia. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus  
 omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est.  
 vers. 11. Dignus es Domine Deus noster accipere glo-  
 riam & honorem, & virtutem: quia tu creasti om-  
 nia, & propter voluntatem tuam erant & creata  
 sunt. Ibidem cap. 21. 5. 6. Et dixit qui sedebat in  
 throno. Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi scri-  
 be: quia omnia haec verba fidelissima sunt & vera. Et  
 dixit mihi. Factum est, ego sum A & Ω. initium &  
 finis. Ego sitienti dabo de fonte aquae vitae gratis.

XXXI. Deus Dominorum est, & Rex re-  
 gum. Apoc. 17. 14. Hi cum agno pugnabunt & A-  
 gnus vincet illos: quoniam Dominus Dominorum est  
 & Rex regum, & qui cum illo sunt vocati electi &  
 fideles. Ibidem cap. 19. 16. Et habet in vestimen-  
 to, & femore suo scriptum, Rex regum & Dominus  
 Dominantium. Quae omnia conueniunt soli Deo.  
 1. Timot. 6. 15. Quem suis temporibus ostendet  
 beatus, & solus potens, Rex regum & Dominus do-  
 minantium

animantium. Est ergo CHRISTVS Deus.

XXXII. Ex eo quod optamus gratiam illius, quæ solius Dei est, vt loco 21. ex psal. 83. vers. 12. diximus. Apoc. 22. 21. *Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus vobis; Amen*

## CAPVT III.

*Probatur diuinitas Christi ex nominibus Dei.*

I. Est nomen ipsius Dei. Scriptura enim sacra nullum folet absolutè vocat Deum, nisi solum Deum. Sic Christus Deus vocatur. Ioan. 20. 27. 28. Respondit Thomas & dixit ei. Dominus meus & Deus meus. Actor. 20. 28. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus, posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisit sanguine suo. Rom. 9. 5. Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super Deus benedictus in secula. Apoc. 4. 8. Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas: & in circuitu & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte dicentia. Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Versu. 11. Dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. 1. Ioan. 3. 16. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Si toties absolutè vocatur Deus, & non est verus vnus Deus, cum Patre, quomodo verum est

50 DE CHRISTI IESV DIVINITATE

est id Exodi 20. 2. *Non habebis Deos alienos.* Et 1. Corinth. 8. 5. 6. *Nobis unus Deus est.* Et Eph. 4. 6. *Vnus Deus & Pater omnium qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus nobis.*

II. Quia nomen eius Iehoua, quod maxime proprium est veri Dei. Isai. 43. 3. *Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israël, Saluator tuus dedi propitiationem tuam, Egyptum, Aethiopiam & Saba pro te.* Ierem. 23. 45. 46. *In diebus illis & in tempore illo germinare faciam David germen iustitiae: & faciet iudicium & iustitiam in terra, in diebus illis saluabitur Iuda, & Ierusalem habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum: Dominus iustus noster.* Zachar. 2. 8. 9. 10. 11. Christo accommodatur dictus locus in nouo testamento, ut capite 1. loco 30.

III. Nomen Altissimus. Id illi conuenit Luc. 1. 32. *Hic erit magnus & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum.* Hinc habet nomen super omne nomen. Philip. 2. 9. 10. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Est super omnia Deus benedictus.* Rom. 9. 5. *Quorum Patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula.*

IV. Nomen

IV. Nomen inuisibile. 1. Tim. 1. 17. *Regē autem seculorum immortalī, inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum Amen.* Hoc colligitur Matth. 11. 27. vbi nemo nouit filium nisi Pater. *Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo nouit filium, nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Collos. 1. 15. *Imago inuisibilis Dei, Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creatura.* Apoc. 19. 12. 13. *Nomen suum quod est verbum Dei, nemo nouit nisi ipse. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocatur nomen eius, Verbum Dei.*

V. Nomen Dei est Deus gloriæ, vt de patre omnes intelligunt locum Actor. 7. 1. 2. *Dixit autem princeps sacerdotum: Si hæc ita se habent? Qui ait. Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia, priusquam moreretur in Charan.* De Christo. 1 Cor. 2. 8. *Quē nemo principum huius seculi cognouit, si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.*

VI. Rex regum & Dominus dominantium, 1. Tim. 6. 15. *Quem suis temporibus ostendet, beatus & solus potens, Rex regum & Dominus Dominantium.* Tribuitur Christo. Apoc. 17. 14. *Hic cum Agno pugnabunt, & agnus vincet illos; quoniam Dominus Dominorum est, & Rex regum, & qui cum illo sunt, vocati, electi, & fideles.* Ibidem cap. 19.

cap. 19 16. Et habet in vestimento, & in scemore suo scriptum: Rex regum & Dominus Dominantium.

VII. Deus verus. Deut. 32. 39. Audi Israël Dominus Deus noster, Dominus vnus est. De Christo. 1. Cor. 8. 4. 5. 6. De escis autem qua idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus est Deus; nisi vnus. Nam etsi sunt qui dicantur Dy, siue in calo siue in terra, ( siquidem sunt Dy multi & Domini multi ) Nobis tamen vnus De<sup>o</sup> Pater, ex quo omnia: & nos in illo. Et vnus Dominus Iesus ( christus per quem omnia, & nos per ipsum.

VIII. Solus Deus Deut. 32. 39. Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus prater me, ego occidam & ego viuere faciam: percutiam & ego sanabo, & nemo est qui de manu mea possit eruere. Conuenit cum Iudæ epistola versu 4. Subintroierunt enim quidam homines ( qui olim praescripti sunt in hoc iudicium ) impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem nostrum Iesum Christum negantes.

IX. Magnus, Iob. 36. 26. Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram: numerus annorum eius inestimabilis. De Christo Domino conuenit cum Tit. 2. 13. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei: & saluatoris nostri Iesu Christi.

X. Deus pater vnus omnium nostrum. Malach. 2. 10. Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; nostrum fratrem suum

sum, violans pactum patrum nostrorum. Christus Pater futuri seculi. Isai. 9. 6. *Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus eius super humerum eius, & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis.*

## CAPVT IV.

*Ex attributis diuinis probatur diuinitas Christi.*

I. LOCVS. Ex æternitate. Est enim DEVS æternus, nec principium habens, nec finem, sed est ipse principium & finis. Genes. 21. 33. *Surrexit autem Abimelech & Phicol princeps exercitus eius, reuersiq; sunt in terram Palestinorum. Abraham verò plantauit nemus in Bersabee, & innocauit ibi nomen Domini Dei æterni.* Plura in Thesauro Biblico nostro. tit. Deus. Conuenit verò ea æternitas Christo Domino, vti sapientiæ diuinæ. Prouerb. 8. 23. *Ab æterno ordinata sum & ex antiquis, antequam terra fieret.* Mich. 5. 2. *Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israël & egressus eius ab initio à diebus æternitatis.* Quem locum intelligunt de Christo, Scribæ. Matth. 2. 4. 5. 6. *Et congregans omnes Principes Sacerdotum & Scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei in Bethlehem Iuda: Sic enim scriptum est per Prophetam, Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël.*

C

Ioan. 18

Ioan. 1. 1. 2. 3. *In principio erat verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Ibidem. capit. 8. 58. Dixit eis Iesus. Amen, Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Cap. 17. 5. Et nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum claritate, quam habui prius, quam mundus esset apud te. Hebr. 7. 3. Sine Patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium dierum, neque finem vita habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Ibidem cap. 13. 8. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Colos. 1. 16. Quoniam in ipso condita sunt vniversa, in caelis & in terra, visibilia & inuisibilia, sine Throno, sine Dominationes, sine Principatus, sine Potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Psal. 80. 10. Non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deum alienum.*

II. Ex bonitate Dei. Deus solus bonus. Luc. 18. 19. *Dixit autem ei Iesus. Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus. Psal. 105. 1. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Christus vt vera sapientia, est imago bonitatis Dei. Sap. 7. 25. 26. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quadam est claritatis Omnipotentis Dei sincera: Et ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis aeternae, & speculum sine macula, Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Bonus omnino. Matth. 20. 15. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est,*

DE CHRISTI IESV DIVINITATE. 35

est, quia ego bonus sum? Ac demum pastor bonus. Ioan. 10. 11. *Ego sum pastor bonus.* Quod & ibidem probat, quia posuit animam pro ouibus suis.

III. Ex immutabilitate. Deus enim omnino immutabilis. Numer. 23. 19. *Non est Deus quasi homo, ut mentiatur: nec filius hominis ut mutetur.* Dixit ergo & non faciet, locutus est, & non implebit? Malach. 3. 6. *Ego enim Dominus & non mutator, & vos filij Iacob non estis consumpti.* Psalm. 101. 26. 27. 28. *Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt: tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut operorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Quæ verba per omnia D. Paulus Christo Domino accommodat. Hebr. 1. 10. 11. 12. *Et tu in principio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli, ipsi peribunt tu autem permanes & omnes ut vestimentum veterascent: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.*

IV. Ex immensitate Dei. Psal. 144. 3. *Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* 3. Reg. 8. 27. *Ergone putandum est, quod verè Deus habitet super terram? si enim caelum & caeli calorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam edificasti. Ierem. 23. 24. Sed occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum dicit Dominus? Nunquid non caelum & terram*

ram ego impleo dicit Dominus. Hinc Christus descendit de cælo, & est in cælo. Ioan. 3. 13. Et nemo ascendit in calum nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in celo. Et est in medio duorum aut trium illius nomine congregatorum. Matt. 18. 20. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Baruch. 3. 24. 25. O Israël quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: Magnus est & non habet finem, excelsus & immensus. De Christo loquitur. vt vers. 36. 37. 38. Hic est Deus noster & non aestimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplina, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hac in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

V. Deus solus potens. i. Timot. 6. 15. 16. Quem suis temporibus ostendet beatus & solus potēs. Rex regum & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Cui honor & imperium sempiternum. At Christus est ille Dominus Deus omnipotens, de quo Apoc. 1. 8. Ego sum A. & Ω. Principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est Omnipotens. Ibidem, cap. 4. 8. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas: & in circuitu & intus plena sunt oculis, & requiem non habebant die ac nocte, dicentia. Sanctus, Sanctus Sanctus Dominus Deus Omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. Cap. 11. 17. Gratias agi-

mus tibi Domine Deus Omnipotens, qui es, qui eras,  
 & qui venturus es : quia accepisti virtutem tuam  
 magnam & regnasti. Cui data omnis potestas.  
 Matth. 28. 18. Et accedens Iesu locutus est eis di-  
 cens. Data est mihi omnis potestas in celo & in ter-  
 ra. Qui habet hanc potentiam à generatione.  
 Ioan. 5. 18. 19. 20. 21. 22. 23 Propterea ergo magis  
 querebant eum Iudaei interficere: quia non solum sol-  
 uebat Sabbathum, sed & patrem suum dicebat Deū,  
 aequalem se faciens Deo. Respondit itaq; Iesus & di-  
 xit eis: Amen, Amen dico vobis: non potest filius à  
 se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facien-  
 tem: quaecunq; enim ille fecerit, hac & filius facit. Pa-  
 ter enim diligit filium, & omnia demonstrat ei, qua  
 ipse facit, & maiora ei demonstrabit opera, ut vos  
 miremini. Sicut enim Pater suscitatur mortuos & vi-  
 uificat: sic & filius quos vult viuificat. Neg; enim Pa-  
 ter iudicat quengquam: sed omne iudicium dedit filio,  
 ut omnes honorificent filium, sicut honorificant Pa-  
 trem, qui misit filium. Ut quasi solus consideratus  
 nihil à se possit facere. Versu 30. Non possum ergo  
 à me facere quicquam: Sicut audio, iudico: & iudi-  
 cium meum iustum est. quia non quero voluntatem  
 meam, sed voluntatem eius qui misit me.

VI. Ex sapientia Dei, cuius non est nu-  
 merus. Psalm. 146. 5. Magnus Dominus noster  
 & magna virtus eius, & sapientia eius non est nu-  
 merus. Et solus sapiens. Rom. 16. 27. Soli sapienti  
 Deo, per Iesum Christum, cui honor & gloria in sae-  
 cula saeculorum: Amen. In Christo verò omnes

thesauri sapientiæ sunt absconditi. Collof. 2. 3. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientia absconditi: Imò Christus est Dei sapientia. 1. Cor. 1. 24. *Ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis, Christum Dei virtutem & sapientiam.* Hinc omnia teste D. Petro nouit. Ioan. 21. 17. *Dicit ei tertio: Simon Ioannis amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? & dixit ei. Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te: dixit ei, pasce oues meas.* Locum verò Matth. 24. 30. *De die autem illa & hora nemo scit, neq; Angeli caelorum, nisi solus Pater,* Referunt Sancti Patres ad humanitatem Christi, vt sit sensus, nec filius id scit, ex natura suæ humanitatis. Ita Athanasius oratione in illud, omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Cyrillus. nono libro Thesauri. cap. 4. Ambrosius in caput 17. Lucæ. & alij.

VII. Quia habet templum vt Deus, quod colligitur ex Malach. 3. 1. 2. *Ecce ego mitto Angelum meum, & preparabit viam meam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum Dominator quem vos quaritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum?*

VIII. Inuocatur & adoratur etiam ab Angelis. Hebr. 1. 6. *Et cum introducit primogenitum in orbem terra, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.*

CAPVT

## CAPVT V.

*Probatur Diuinitas Christi ex operationibus diuinis  
à scriptura sacra illi tributis.*

Locus hic fortissimus est, ex quo conuincit ipse Christus Iudæos, quod in Patre suo sit, & pater in eo. Ioan. 10. 36. 37. 38. *Quem pater sanctificauit & misit in mundum vos dicitis: Quia blasphemias; quia dixi filius Dei sum. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi; Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis quia pater in me est & ego in patre. Et ipse & Pater vsq; modo operatur. Ioan. 5. 17. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor.*

PRIMUM ergò opus est creatio, quo solo opere à falsis Dijs discernitur. Ieremiæ. 10. 11. *Sic ergò dicetis eis. Dy qui calum & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his que sub calo sunt. Isa. 44. 24. Hec dicit Dominus redemptor tuus & formator tuus ex utero. Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens calos solus, stabiliens terram & nullus mecum. Iob. 9. 8. Qui extendit calos solus, & graditur super fluctus maris. Psalm. 95. 5. Quoniam omnes Dy gentium Dæmonia. Dominus autem calos fecit. Sed creatio Christo conuenit. Psalm. 32. 6. 7. Verbo Domini cali firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Prou. 8. 29. Quando circumdabat mari terminum*

C 4

summa

suum, & legem ponebat aquis ne transirent fines suos, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo erant cuncta componens. Ioan. 1. 3. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Ibidem cap. 5. 19. Amen, amen dico vobis: non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcumq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. 1. Cor. 8. 6. Nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per ipsum. Colloss. 1. 16. Quoniam in ipso condita sunt vniversa in calis & in terra, visibilia & invisibilia, siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, omnia per ipsum, & in ipso creati sunt. Heb. 1. 10. Et tu in principio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cali. Verſ. 12. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Secundò. Hæc omnia facit, vt distinctus ab Angelis, à quibus distinguitur. Heb. 1. 13. 14. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis, quoadusq; ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratori Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis?

Tertiò est causa principalis, quæ est per se prædita necessaria, & sufficiēti virtute ad producendum effectum, Christus autem est Dei virtus. 1. Cor. 1. 24. Iphis autem vocatis Iudæis atq; Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.

Portans

Portans omnia verbo virtutis suæ. Heb. 1. 3. *Qui cum sit splendor gloria & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ, purgationemq; peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditavit.*

Quartò. Hæc omnia agit arbitrato suo filius, vadit, emittit, vocat, mandat, & omnia obediunt ei. Baruch. 3. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. *Non est qui possit scire vias eius, neq; qui exquirat semitas eius: sed qui scit uniuersa nouit eam & adinuenit eam prudentia sua, qui preparauit terram in æterno tempore & impleuit eam pecudibus & quadrupedibus: Qui emittit lumen & vadit: & vocauit illud. & obedit illi in tremore. Stella autem dederunt lumen in custodijs suis, & lætata sunt. Vocata sunt & dixerunt. Adsumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster & non astimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam discipline, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Luc. 8. 25. Dixit autem illis, ubi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt, adinuicem dicentes. Quis pater hic est, quia & ventis & mari imperat & obediunt ei? Et viuificat vt pater. Ioan. 5. 21. Sicut enim pater suscitatur mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult viuificat.*

Quintò idem probat illius omnipotentia, de qua præcedenti capite, loco quinto.

SECUNDVM opus est, Conseruatio re-

C § TUM

rum creaturarum quæ conuenit Deo. Act. 17. 28. In ipso enim uiuimus, & mouemur & sumus, sicut & quidam uestrorum Poëtarum dixerunt, ipsius enim & genus sumus. Et tribuitur Christo. Coll. 1. 16. Quoniam in ipso condita sunt uniuersa, in calis & in terra, uisibilia simul & inuisibilia, siue Throni, siue Dominationes, siue Principat<sup>us</sup>, siue Potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt Heb. 1. 3. Quicumque sit splendor gloria, & figura substantiæ eius, portansq<sup>ue</sup> omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

TERTIVM opus, est cognitio, qua Deus ipse se propriè cognoscit, quæ soli Deo tribuitur 1. Cor. 2. 11. Quis enim hominum scit qua sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ita & qui Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei. Rom. 11. 33. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quæ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius? Sed hanc cognitionem Christus sibi metipso tribuit. Matt. 11. 27. Omnia mihi tradita sunt a patre meo, & nemo nouit filium nisi Pater: neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filium reuelare. Ioan. 10. 15. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, & animã meã pono pro ouibus meis.

QUARTVM opus, est cognitio cordium & occultorum. Esa. 4. 23. Qui dat secretorum scrutationes, quasi non sint, indices terra uelut inane fecit. 3. Reg. 8. 39. Tu exaudies in caelo in loco habitacionis tuæ, & repropitiaberis, & facies ut des unicuique secundũ omnes uias suas, sicut uideris cor eius. (quia  
tu nosti

tu nosti solus cor omnium filiorum hominum. Ier. 17.  
 9. 10. Prænum est cor omnium & inscrutabile, quis  
 cognouit illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans  
 renes, qui do unicuique iuxta viam suam, & iuxta fru-  
 ctum adinventionum suarum. Sed hæc omnia con-  
 ueniunt Christo. Ioan. 2. 25. Et quia opus ei non  
 erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse  
 enim sciebat quid esset in homine. Ibid. capit. 13. 19.  
 A modo dico vobis priusquam fiat: ut cum factum fue-  
 rit credatis, quia ego sum. I. Petr. 1. 10. 11. Scrutans  
 res in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus  
 Christi, præannunciens eas, quæ in Christo sunt passiones  
 & posteriores glorias. Apoc. 2. 8. Et filios eius inter-  
 ficiam in morte, & scient omnes Ecclesie, quia ego sum  
 scrutans renes & corda, & dabo unicuique vestrum se-  
 cundum opera sua.

QVINTVM opus est saluatio, quæ conuenit  
 Deo. Psalm. 67. 21. Deus noster Deus saluos fa-  
 ciendi: & Domini Domini exitus mortis. Isa. 45. 21.  
 Annunciate & venite, & consiliamini simul, quis au-  
 ditum fecit hoc ab initio, & tunc prædixit illud.  
 Nunquid non ego Dominus, & non est ultra Deus absque  
 me? Deus iustus & saluans non est præter me. Hoc  
 opus tribuitur Christo. Matth. 1. 21. Et vocabis  
 nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum  
 suum à peccatis eorum. Ibid. 18. 11. Venit enim filius  
 hominis saluare quod perierat. Hinc est salua-  
 tor mundi. Ioannis. 4. 14. Sed aqua quam ego  
 dabo, fiet in eo fons aquæ salientis, in vitam  
 æternam. Versu 42. Hic est verè saluator mundi.  
 Philip.

Philip. 3. 20. Nostra autem conuersatio in caelis est, unde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum. Auctor salutis nostrae. Heb. 2. 10. Decebat enim eum propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloria adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari.

SEXTVM opus est sanctificatio. Leu. 20. 8. Custodite praecepta mea & facite ea. Ego Dominus qui sanctifico vos. Quod tribuit D. Paulus Christo, Ephes. 5. 26. Ut illam sanctificaret mundans lauacro aquae, in verbo vitae. Heb. 2. 11. Qui enim sanctificat & qui sanctificantur, ex uno omnes, propter quam causam, non confunditur fratres esse vocare dicens.

SEPTIMVM opus. Electio praedestinatorum, Ephes. 1. 4. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate. Quae electio conuenit Christo Domino. Ioan. 6. 10. Respondit ei Iesus: Nonne ego vos duodecim elegerim, & ex vobis unus Diabolus est? Ioan. 13. 18. Non de omnibus dico: ego scio quos elegerim, sed ut impleatur scriptura. Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Ibidem cap. 15. 16. Non vos me elegeristis, sed ego elegeri vos, & posui ut eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo det vobis. versu 19. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegeri vos de mundo, propterea odit vos mundus.

OCTA

OCTAVVM opus est, illuminatio interna ad cognoscendum veritatem reuelatam, quæ conuenit Deo. Hinc pretiosis lapidibus comparatur. Isa. 54. 12. *Et ponam Iaspidem propugnacula tua. & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.* Ioan. 6. 45. *Est scriptum in Prophetis: & erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre, & didicit venit ad me.* Matt. 16. 17. *Respondens autem Iesus dixit eis: Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in calis est. Sed & hoc conuenit Christo.* Ioan. 1. 9. *Erat lux vera, que illuminat omnem hominem uententem in hunc mundum.* Matt. 11. 27. *Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo nouit filium nisi Pater: neq; Patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.* Ephes. 5. 14. *Propter quod dicit, surge qui dormis, & illuminabit te Christus.*

NONVM opus uocatio & tractio ad Ecclesiam. Rom. 8. 28. 29. 30. *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit.* Ioan. 6. 44. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* De Christo. Matth. 4. 21. *Et procedens inde, uidit alios*

alios duos fratres Iacobum Zebedaei & Ioannem fratrem eius in navi, cum Zebedaeo patre eorum, reficentes retia sua: & vocauit eos. Ibidem cap. 9. 13. Euntes autem discite, quid est misericordiam volo & non sacrificium, non enim veni vocare iustos sed peccatores, Marc. 2. 14. Et cum prateriret, vidit Levi Alphaei sedentem ad Teloniū, & ait illi sequere me. Luc. 5. 32. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Ioan. 10. 16. Et alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unus ouile & unus pastor. Apocalyp. 3. 20. Ecce sto ad ostium & pulso: Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.

DECIMUM opus, est iustificatio impij & remissio peccatorum. Rom. 8. 33. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Esa. 43. 25. Ego sum. Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Marc. 2. 7. Quid hic sic loquitur? blasphemat. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Quod etiam Christo conuenit. Isa. 53. 7. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in sciētia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Luc. 5. 20. 21. Quorum fidem ut vidit, dixit. Homo remittuntur tibi peccata tua. Et coeperunt cogitare

cogitare Scriba & Pharisei dicentes: *Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Ibidem, capite. 7. 49. *Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit?* Matth. 9. 1. 2. *Et ascendens in nauiculam transfretauit & venit in ciuitatem suam, & ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum dixit paralytico. Conside fili remittuntur tibi peccata tua.* Marc. 2. 5. *Cum autem vidisset Iesus fidem illorum ait paralytico. Fili dimittuntur tibi peccata tua.* Ioannis. 1. 29. *Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Versu. 36. *Et respiciens Iesum ambulans dicit. Ecce agnus Dei.* Hebr. 1. 3. *Qui cum sit splendor gloria & figura substantia eius, portansq; omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.*

VNDECIMUM opus, Internum regnum & gubernatio spiritualium amicorum. Psalm. 22. 1. *Dominus regit me & nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit.* Conuenit Christo. Ioannis. 15. 5. *Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.* Matth. 28. 20. *Docentes eos seruare omnia, quaecunq; mandauimus vobis, & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi.*

DVODE-

DUODECIMVM opus est, Consolatio in-  
terna piorum in tribulationibus. 2. Cor. 1. 3.  
*Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Chri-  
sti, Pater misericordiarum & Deus totius consolatio-  
nis; qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.*  
De Christo verò. Matth. 28. 29. 30. *Venite ad me  
omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam  
vos. Tollite iugum meum super vos; & discite à me,  
quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiè  
animabus vestris. Iugum enim meum suauè est, & on-  
nus meum leue.* 2. Cor. 1. 5. *Quoniam sicut abun-  
dant passiones Christi in nobis: ita & per Christum  
abundat consolatio nostra.*

DECIMUM tertium opus, Missio ope-  
rariorum & prophetarum. Jerem. 7. 25. *Adi-  
qua egressi sunt patres eorum de terrâ Egypti vsq[ue]  
ad diem hanc. Et misi ad vos omnes seruos meos Pro-  
phetas per diem, consurgens diluculo & mittens. Si-  
cut Christus Apostolos; Pastores, Prophetas, Do-  
ctores. Matth. 10. 1. Et conuocatis duodecim disci-  
pulis, dedit illis potestatem Spirituum immundorum,  
vt eijcerent eos & curarent omnem languorem, &  
omnem infirmitatem. Versu s̄ 6. 7. 8. Hos duode-  
cim misit Iesus, precipiens eis, dicens: *In viam gen-  
tium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne  
intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt do-  
minus Israël. Euntes autem predicate dicentes: Quia  
appropinquauit regnum calorum. Infirmos curate,  
mortuos suscite, leprosos mundate, demones eijcite:  
gratis accepistis, gratis date.* Matth. 23. 33. 34. 35. 36.*

Serpentis

Serpentes gemina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehenna? Ideo dico vobis. Ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes, & Scribas & ex illis occidetis, & crucifigetur, & ex eis flagellabitur in Synagogis vestris, & persequimini de civitate in civitate: ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zacharia filij Barachia, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient haec omnia super generationem istam. 1. Cor. 12. 28. 29. 30. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nuncquid omnes Apostoli? Nuncquid omnes Prophetae? Nuncquid omnes Doctores? Ephes. 4. 11. 12. 13. 14. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in adificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi: ut iam non simus parvuli fluctuantes & circumferamur omni vento doctrinae, in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris. Marc. 3. 13. 14. 15. Et ascendens in montem vocavit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum, & fecit ut essent duodecim cum illo, ut mitteret eos predicare, & dedit illis potestatem curandi infirmitates & eiciendi Daemonia. Ibidem cap. 6.

D

7. 8.

7 8. 9. Et vocauit duodecim & cepit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum, & praecepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum: non peram, non panem, neq; in Zona es, sed calceatos sandalijs & ne induerentur duabus tunnicis. Luc. 6. 13. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, (quos & Apostolos nominauit.) Ibidem. cap 9. 1. 2. (conuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis uirruem & potestatem super omnia Daemonia, & ut languores curarent, & misit illos predicare regnum Dei & sanare infirmos. Capit 10. 1. 2. 3. 4. Post hac autem designauit Dominus & alios septuaginta duos & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus: Et dicebat illis Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogauit ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos, nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta. & neminem per uiam salutaueritis. Ioc. 20. 2. Pax uobis: sicut me misit pater, & ego mitto uos.

DECIMUM quartum opus. Institutio Sacramentorum, uti Deus instituit circumcisionem. Genes. 17. 10. Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & uos, & semen tuum post te circumcidetur ex uobis omne masculinum. At Christus instituit Sacramenta Baptismatis, Eucharistiae, Poenitentiae, & alia, ut singula suis titulis in thesauro nostro Biblico ostendimus.

DE CHRISTI IESU DIVINITATE. 31

DECIMUM quintum opus. Operatio effia-  
tax & principalis in ipsorum Sacramentorum  
vsu. Deut. 30. 6. *Circūcidet Dominus Deus tuus cor  
tuum & cor seminis tui: ut diligas Dominum Deum  
tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis  
vivere.* Sic Christus in Baptismate: Ioan. 1. 32  
33. *Et testimonium perhibuit Ioannes dicens: Quia  
vidi Spiritum descendentem quasi columbam de ca-  
elo, & mansit super eum, sed qui misit me baptizare in  
aqua, ille mihi dixit: super quem videris Spiritum  
descendentem & manentem super eum, hic est qui  
baptizat in Spiritu sancto.*

DECIMUM sextum opus. Suscitatio mor-  
tuorū & maximè in nouissimo die. Ioan. 5. 21. *Si-  
cut enim Pater suscitatur mortuos & viuificat, sic &  
filius quos vult viuificat.* Quod & conuenit Chris-  
to. Ibidem versu. 25. 26. *Amen, amen dico vo-  
bis, quia venit hora & nunc est, quando mortui au-  
dient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent: Sicut  
enim Pater habet vitam in semetipso: sic & dedit fio-  
lio habere vitam in semetipso.* Ibidem. cap. 6. 39.  
40. *Hec est autem voluntas eius qui misit me, Pa-  
tris; ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed  
resuscitem illud in nouissimo die. Hec est autem vo-  
luntas Patris mei qui misit me: ut omnis qui vi-  
det filium, & credit in eum habeat vitam atera-  
nam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Sic  
excitat mortuos. Matt. 9. 25. 26. *Et cum eiecta  
esset turba, intravit & tenuit manum eius & surrexit  
puella. Ibid, cap. 27. 52. Et monumenta aperta sunt,*

& multa corpora sanctorum, qui dormierant surre-  
 xerunt. Luc. 7. 13. 14. 15. Quam cum vidisset Do-  
 minus, misericordia motus super eam, dixit illi: No-  
 li flere, & accessit & tetigit loculum. ( Hi autem qui  
 portabant steterunt ) & ait: Adolescens tibi dico sur-  
 ge, & resedit qui erat mortuus & coepit loqui, & de-  
 dit illum matri suae. Ibidem cap. 8. 54. Ipse autem  
 tenens manum eius clamauit dicens: puella surge.  
 Ioan. 11. 49. 50. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomi-  
 ne, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis. Vos nesci-  
 tis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut o-  
 mnis moriatur homo pro populo, & non tota gens pe-  
 reat. Isa. 26. 19. Vident mortui tui, interfecti  
 resurgent, expergiscimini & laudate qui habitatis  
 puluere, quia ros lucis ros tuus, & terram gigante  
 detrahes in ruinam, quae potestas adeo excellens fit  
 in Christo, ut illam etiam alijs communicauit.  
 Matth. 10. 8. Infirmos curate, mortuos suscite,  
 profos mundate, demones eicite, gratis accepistis gra-  
 tis date. Quod fit Matt. 11. 5. Caeci vident, clau-  
 ambulans, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui  
 resurgunt, pauperes euangelizantur. Et infra lib.  
 2. cap. 13. In thesauro nostro Biblico tit. Mortui  
 puncto 21.

DECIMUM septimum opus, miraculo-  
 rum operatio, facit enim Deus mirabilia magna  
 solus. Psalm. 71. 18. Benedictus Dominus Deus  
 israel, qui facit mirabilia magna solus. Quae ita fecit  
 Christus ut euangelia sint plena, facit enim om-  
 nia quae Pater. Hinc Ioan. 10. 35. 36. 37. 38. 39.

illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura: quem Pater sanctificavit, & misit in mundum vos dicitis: quia blasphemas, quia dixi filius Dei sum? Si non facio opera patris mei nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia pater in me est & ego in patre. Querebant ergo eum apprehendere, & exiit de manibus eorum. Sic populus vidit mirabilia quæ fecit Christus. Matt. 21. 15. Videntes autem Principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David: indignati sunt. Luc. 6. 26. Et stupor apprehendit omnes & magnificabant Deum, & repleti sunt timore dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. Et quidem hæc propria auctoritate, quæ tanta est, ut eam etiam suis Apostolis & Christianis communicet. Matt. 10. 7. 8. ut superius diximus. Marc. 6. 12. 13. Et exeuntes predicabant ut pœnitentiam agerent: & Dæmonia multa eijciebant, & ungebant oleo multos & sanabant. Luc. 9. 1. 2. Conuocatis autem duodecim Apostolis dedit illis virtutem & potestatem super omnia Dæmonia, & ut languores curarent. Et misit illos predicare regnum Dei & sanare infirmos. Vers. 6. Egressi autem circumibāt per castella euangelizantes & curantes ubiq; Ibidem, cap. 10. 8. 9. Et in quamcumq; ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis. Appropinquat in vos regnum Dei. vers. 17. Reuersi sunt

autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine etiam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo, Marc. 16. 17. 18. 19. Signa autem eos qui crediderint hac sequentur. In nomine meo demonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint non eis nocebit, super agros manus imponent & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet a dextris Dei. Vide plura infra lib. 4. cap. 13.

DECIMUM octauum, est glorificatio. Psal. 83. 13. Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te. Verf. 12. Gloriam & gratiam dabit Dominus. Sic Christus vitam æternam. Ioan. 10. 28. Oves mea vocem meam audiunt: & ego cognosco eas & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manibus meis, Rom. 2. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Gloria autem & honor & pax omni operanti bono Iudeo primum & Græco: non enim est acceptio personarum apud Deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: Non enim auctores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem

cem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum Euangelium meum per Iesum Christum Hebr. 2. 10 Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari. Huc spectat corona iustitiæ, quam ab eo iudice expectat D. Paulus. 2. Tim. 4. 7. 8. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, si lem seruavi, in reliqua reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex, non solum autem mihi; sed & ijs qui diligunt aduentum eius.

## CAPVT VI.

Probatu<sup>r</sup> diuinitas Christi ex sacris literis, eo quod eodem diuino cultu prosequimur Christum quo Patrem.

Primò id in genere ostendit Christus ipse.

Ioan. cap. 5. 22. 23. Neq; enim Pater iudicat quemquam: Sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium; sicut honorificant Patrem: qui non honorificat filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.

Secundò, in gloria Patris venit. Mart. 16. 27. Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuiq; secundum opera eius. Vocat maiestatem suam. Matth. 25. 31. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue.

Tertiò. Quia habet easdem proprietates & attributa cum Patre, vt in præcedentibus capite quarto & quinto ostendimus.

Quartò. Quia omnes partes cultus diuini tribuit Christo, Scriptura sacra in particulari.

PRIMVS Dei cultus est fides in Deum, at in Christum credere debemus. Ioan. 3. 14. 15. 16. 17. 18. *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filii Dei.* Verſ. 36 *Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Ioan. 1. 12. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius.* Ibidem cap. 6. 35. *Dixit autem ei Iesus. Ego sum panis vitæ, qui venit ad me non esuriet. & qui credit in me, non sitiet vnquam.* Verſ. 40. *Hac est autem voluntas patris qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Verſ. 47. *Amen amen dico vobis. Qui credit in me habet vitam æternam.* Cap. 7. 3-8. *Qui credit in me, sicut dicit scrip-*

ptura

ptura, flumina de ventre eius fluent aqua viva. Cap. 14. 1. 2. Non turbetur cor vestrum, credis in Deū & in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Sic credunt in eum discipuli. Ioan. 2. 11. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilea & crediderunt in eum discipuli eius. Sic quoq; Samaritani. Ioan. 4. 39. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis. Plura de hac re, tit. Credo, part. 7. in thesauro biblico.

SECUNDVS Dei cultus est spes. Sperandum verò in Christo. Psalm. 2. 13. Cum exarsert in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. Isa. 11. 10. In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Quem locum citat D. Paulus Rom. 15. 8. 9. 10. 11. 12. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis, propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrum. Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Laudate gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi: Et rursus Isaias ait. Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Speramus autem in Christo. 1. Cor. 15. 19. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiles sumus omnibus hominibus. E-

D S                      phes.

phes. 1. 12. *Vt simus in laudem gloria eius, nos, qui ante sperauimus in Christo.* Phil. 2. 19. *Spero autem in Domino Iesu, Timotheum me cito mittere ad vos: ut & ego bono animo sim, cognitis quae circa vos sunt.* Ipse enim est spes gloriae nostrae. Collos. 1. 27. *Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriae sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloria.*

TERTIVM opus est dilectio Dei praem omnibus nobis charis. Matt. 10. 37. 38. 39. *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus, & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus, & qui non accipit crucem suam & sequitur me non est me dignus. Qui inuenit animam suam perdit illam, & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam.* Ibid. cap. 16. 24. *Tunc Iesus dixit discipulis suis. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Marc. 8. 34. 35. 36. 37. 38. *Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis. Si quis vult me sequi, denegat semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: Qui autem perdidit animam propter me & euangelium saluam faciet eam. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum & detrimentum anima sua faciat? Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua? Qui enim me confessus fuerit & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur eum cum uenerit in gloria patris sui, cum Angelis sanctis.* Luc.

9 23. 24. 25. 26. Dicebat autem ad omnes. Si quis  
 vult post me venire abneget semetipsum, & tollat cruce-  
 cem suam quotidie & sequatur me. Qui enim volue-  
 rit animam suam saluam facere, perdet illam. Quid  
 enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum,  
 se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?  
 Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius  
 hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, &  
 Patris & sanctorum Angelorum. Cap. 14. 26. 27.  
 Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & ma-  
 trem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores,  
 adhuc autem & animam suam, non potest meus es-  
 se discipulus. Et qui non baurat crucem suam,  
 & venit post me, non potest meus esse discipulus. O-  
 quam pauci veniunt ad hunc charitatis diuinæ  
 gradum?

QV R A T V M opus est, cultus obedientiæ,  
 Actor. 5. 29. Respondens autem Petrus & Aposto-  
 li dixerunt. Obedire oportet Deo magis quam homi-  
 nibus. Ita Christus sibi obedientibus est causa sa-  
 lutis. Heb. 5. 9. Et consummatus, factus est omnibus  
 obtemperantibus sibi causa salutis aterna. Cui &  
 mare & venti obediunt. Matt. 8. 27. Porro homines  
 mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti &  
 mare obediunt ei. Luc. 8. 25. Dixit autem illis:  
 Vbi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt ad-  
 inuicem dicentes. Quis putas hic est, quia & ven-  
 tis & mari imperat, & obediunt ei? Et immun-  
 di Spiritus. Marc. 1. 27. Et mirati sunt omnes, ita  
 vt conquirent inter se, dicentes. Quidnam est hoc?

quoniam

Quanam doctrina hac noua? Quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. His respondet similitudo. Matth. 7. 24. 25. Omnis ergo qui audit uerba mea haec, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram. Et descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram.

QVINTVS cultus, timor Dei. Psalm. 2. 10. 11. 12. 13. Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de uia iusta. Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. Qui totus psalmus est de Christo, ut saepius in hunc finem in alijs scripturae locis citatur. 1. Cor. 10. 9. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus perierunt.

SEXTVS cultus, gloriari in illo. Galat. 6. 13. 14. Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt, sed uolunt uos circumcidi; ut in carne uestra gloriantur. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus, & ego mundo. Phil. 3. 3. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruiamus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes. Qui est spes gloriae. 1. Colloss. 27. ut in secundo cultu diximus. In quo & est gloria nostra, & Euangelij, & Ecclesiae. Rom. 15. 17. Habeo igitur gloriam

gloriam in Christo Iesu ad Deum. 2. Cor. 4. 4. In quibus Deus huius seculi excecavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelij gloriae Christi, qui est imago Dei. Ibidem cap. 8. 23. Siue pro Tito, qui est socius meus & in vobis adiutor siue fratres nostri Apostoli Ecclesiarum gloria Christi. Isa. 42. 8. Ego Dominus hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.

SEPTIMVS cultus. Gratiarum actio, quae ut conuenit Deo, ita & Christo. 1. Timot. 1. 12. Gratias ago ei, qui me confortauit. Christo Iesu Domino nostro; quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio. Apoc. 11. 12. Gratias agimus tibi Domine Deus Omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam & regnasti.

OCTAVVS, iurare per nomen eius, uti facit D. Paulus. Romanorum. 9. vers. 1. 2. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.

NONVS, adoratio Dei. Deut. 6. 13. Causa diligenter, ne obliuiscaris Domini, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Dominum Deum suum timebis, & illi soli seruias, ac per nomen illius iurabis. Matth. 4. 10. Tunc dicit ei Iesus. Vade Satana: scriptum est enim, Dominum Deum tuum adoras

adorabis & illi soli seruias. Christus verò adorandus ab Angelis. Psalm. 96. 8. *Adorate eum omnes Angeli eius, audunt & letata est Sion, & exultauerunt filia Iuda, propter iudicia tua Domine.* Heb. 1. 6. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli eius.* A Regibus omnibus. Psalm. 71. 11. *Et adorabunt eum omnes Reges terræ: Omnes gentes seruient ei.* Quod fit Matt. 2. 8. *Et mittēs illos in Bethlehem, dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, ut ego veniens adorem eum.* Versu. 11. *Et intrantes inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & mirram, & infiniti alij vt titul. Adoro. in thesauro Biblico.*

DECIMVS. Seruitus Dei. Deut. 6. 13. *Cum diligenter ne obliuiscaris Domini: qui eduxit te de terra Egypti, de domo seruitutis. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias, ac per nomen illius iurabis.* Matt. 4. 10. vt in superiori membro notum. Sic Angeli Christo ministrarunt. Matt. 4. 11. *Tunc reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.* Coll. 3. 23. 24. *Quodcumq; facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus, scientes quod à Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo seruite.* quem locum egregiè vrget D. Athanasius sermone tertio contra Arrianos.

VNDECIMVS est initiatio in nomine Dei

DE CHRISTI IESU DIVINITATE. 63

Dei. Matth. 28. 18. 19. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.* Actor. 19. 5. *His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu.*

DVODECIMVS Est inuocatio nominis Dei, vt donorum gratia largitoris. De Christo. Ila. 45. 2. *Ego autem ante te ibo, & gloriosos terra humiliabo, portas arcas conteram. & velites ferreos confringam & dabo tibi thesauros absconditos, & arcum secretorum, vt scias quia ego Dominus, qui uoco nomen tuum Deus Israel.* 1. Cor. 1. 2. *Ecclesie Dei qua est Corinthi. sanctificatis in Christo Iesu, uocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro.* Actor. 7. 58. 59. *Et lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem: Domine Iesu suscipe Spiritum meum. Postis autem genibus, clamauit uoce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum, & cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. Saulus autem erat consentaneus neci eius.*

CAPVT VII.

*Probatu'r diuinitas Christi ex scripturis equalitatem & unitatem cum patre declarantibus.*

Ioan. 5. 18. *Propterea ergo magis querebant eum Iudaei interficere: quia non solum soluebat Sabbathum, sed & Patrem suum dicebat Deum, aequalens*

lem se faciens Deo. Ibidem. 10. 39. Ego & Pater  
 vnum sumus. Capit. 14. 19, Dicit ei Iesus. Tanto  
 tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Phi-  
 lippe qui videt me, videt & Patrem. Capit. 17.  
 10. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & cla-  
 rificatus sum in eis. Vide quoq; 1. Ioannis. 5. 7.  
 vbi hi tres, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus  
 vnum sunt. Philip. 2. 6. Qui cum in forma Dei  
 esset, non rapinam arbitratus est, esse se equa-  
 lem Deo. De quibus locis superius e-  
 tiam actum est.

\* \* \*



LIBER